Linea pontificū

Azarias

Yoyada

Aſarias

Iſte Benadab filius Tabꝛemmō filij Ozyon regis Syrie inijt fedus cū baaſa rege iſrael: q̄ corrupto ꝑcuſſit fedus cū Aza rege iuda. et extunc turbauerit reges Syrie regnū iſrl' vtz. Benadab rex ſyrie collecto exercitu ſuo. et. xxxij. regib' eum adiuuātibus. venit ↄtra Achab regē iſrael in prelū. ⁊ dn̄s p ꝓphām predixit victoriā: quod ⁊ factū eſt illis fugatis: Iterum infra annū reſtaurato exercitu venit rex Syrie cōtra iſrl' bellū mouēs in vallib'. dicētibus q dij mōtium erāt dij iſrl: ideo victi prius fuerāt. Sed debellatus eſt exercit' Syrie occiſis centū milib' de eis. ⁊ decem ⁊ ſeptē milia qui remāſerāt. fugiētes in ciuitatem murus ciuitatis ruēs oppreſſit eos. Benadab autē rex ſyrie occultās ſe miſit nūcios indutos cilicio ⁊ cinere aſperſis capitib' petēs miſericordiā: quod Achab fecit dimittēs liberū. Quod ꝓpheta quidaꝫ redarguit in habitu ſimulato ⁊ ſub parabola dati alicui in cuſtodiā ſub pena mortis ſic cōcluſit. q q dimiſerat benadab dignum morte. ⁊ populus ſuus iſrael eſſet pro eo ſcilicet periturus.

Aſael rex Syrie exigentib' demeritis occulto dei iudicio promot' fuit in regeꝫ Syrie vt affligeret filios iſrl'. Iſte eſt ſup quo fleuit helizeus ꝓphetans euꝫ futurū regē ſyrie. ⁊ multa mala facturū iſrael. Qui etiam ꝓpter peccata hieu miſſus eſt a dn̄o in omnē terrā galaad. gad. ruben. et manaſſe. ⁊ fecit plagaꝫ magnaꝫ cunctis dieb' Joathas. ſed Joas fili' ei' dn̄o deo ſibi fauente tulit vrbes de manu Benadab filij Azael poſt mortem azael.

zacharias

Iſte benadab filius fuit Aſaelis. Porro ioas filius Joachas rex iſrael tulit vrbes de manu benadab quas aſael pater ſu' tulerat de manu Joachas iure prelij. nam tribus vicib' ꝑcuſſit eum ioas. et debet ſcribi p̄ d in fine vt volūt hebrei.

Iſte Joiada inclit' fuit et amouit Athaliam ne regnaret ſup iudam. conſtituitq; Joas filiū Joram pro ea. Hic ſolus poſt Moyſen legit' vixiſſe. c xxx. annis. Hic etiaꝫ diuino zelo ductus diſpoſuit vt athalia occideretur in domo regis.

Raſim ille rex Syrie vaſtauit iudam tpe Achas ꝓpter quod obſedit eum Teglatphalazar in damaſco. ⁊ cepit ciuitatē ipmq; interfec: ⁊ trāſtulit pplm.

Zacharias filius Joiade lapidatus eſt iuſſu regis Joab inter altare ⁊ templum. eo q Joas increpauit q dereliquiſſet viam domini.

Iſte Aſarias ꝓ zelo leg| cōſtāter reſtitit ozie regi iude volēti ſacrificare vtz.

Linea regū ſyrie

Benadab

Aſael

Benadab

Raaſim

Naboth Ieſrahelita

Naboth ieſrahelites: cū haberet vineam prope domum regis Achab. Voluit ipſe achab ⁊ requiſiuit Naboth vt venderet vineam pro orto faciendo. Qui cum noluiſſet acquieſcere ei. contriſtatum ſuper hoc vxor ipſius Achab Jezabel hoc audiens conſolatus eſt eum. ⁊ procurauit per falſos teſtes ipſum Naboth accuſari de blaſphemia dei. quo facto. ille innocenter lapidatus eſt. Et cum Achab iuiſſet ad capiendum vineam naboth. dominus miſit ad eum helyam qui prenunciaret ei exterminium eius. et domus ſue propter tale ſcelus.